



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

B. Victor III. expeditionis Saracenic[a]e auctor. cap. XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

## B. VICTOR III.

Expeditionis Saracenicae auctor.

qui

Acceptit sanctum gladium murus à Deo, in quo deiecit  
aduersarios populi eius. 2. Mac. 11. Cap. XIX.



V. S. Gregorio successit B. Victor III. qui sub eius imagine Pontificis habitu Crucem erectam magnam manibus tenentis uisitur, non minori zelo, quamuis pauco tempore uixerit, pro libertate Ecclesiastica contra Imperatores schismaticos decertauit, pro qua etiam defendenda ueneno tandem extinctus est. Inter opera uero præcipua, quæ egressit, unum fuit, quod Saracenorum in Africa superbiam frangere, perfidiamq; conterere desiderans: Concilio cum Episcopis, & Cardinalibus Capuæ habito, ex omnibus ferè Italiae partibus exercitum congregans, eisque Vexillum S. Petri Apostoli tradens, addita de thesauris Ecclesiæ peccatorum omnium remissione, in Africam direxit. Qui Christo duce Saracenorum, & Maurorum terram ingressus, ad centum millia pugnantium in ipso quasi ingressu, interuentioni dedit, ciuitate etiam primaria capta, & excisa, anno salutis 1087. Et nè quis hoc Dei uoluntate contigisse dubitaret, quo die Christiani uictores in Africa euasere, eo etiam Italiae nunciata est uictoria. *Leo Ostiensis in Chron. Cas. lib. 3. c. 70. & alij nonnulli neoterici, qui ab eo desumpserunt.* Concilia duo celebrauit, Capuanum in quo de huius contra Saracenos expeditione, & Beneuentanum, in quo rursus Imperator, & Laici dantes Sacerdotia, & Clerici accipientes Simoniaci eo quoque iubente Deus dedit Cardinalis Canonum sacrorum uolumen, in ordinem relegit Abbas cum esset multa scripsit, de quib. egimus lib. 1. in tractatu de Abbatibus montis Casini. Papa autem factus scripsit ad Philippum Regem Francorum, & S. Hugonem Abbatem Cluniacensem, & alios, Epistolas plures, Tandem in Monte Casino moriens, ibidem sepultus est, eiusque sepulchrum uisitur in Capella S. Bertharij Abbatis, & Martyris, (quæ est ad sinistra Ecclesiam ingredientibus) ad sinistrum Altaris cornu, cum hoc Epitaphio.

*Quis*

Qui fuerim, vel quid, qualis, quantusq̄, doceri  
 Si quis forte velit, aurea scripta docent.  
 Stirps mihi magnatum, Beneuentus patria, nomen  
 Est desiderius, tuq̄, Casine decus.  
 Intactam sponsam, matrem, patriamq̄, propinquos,  
 Sprenens, huc propero, monachus efficior.  
 Abbas dehinc factus, studui pro tempore totum,  
 (Vt nunc aspicitur) hunc renouare locum.  
 Interea fueram Romana clarus in urbe  
 Presbyter Ecclesia, Petre beate, tue  
 Hoc senis lustris minus anno, functus honore,  
 Victor Apostolicum scando dehinc solium.  
 Quatuor & semis uix mensibus inde peractis,  
 Bix sex lustra gerens, mortuus hic tumulor.  
 Solis virgineo stabat lux vltima signo  
 Cum me Sol uerus hinc tulit ipse Deus.

## B. V R B A N V S II.

Cruciatæ in Infideles auctor; Officij Diuæ Virgi-  
 nis Marię institutor: & pulsus campanæ  
 vespere, & mane inuentor.

Emblema I. in Armis regni Hierosolymitani  
 designatum.

*Introierunt enim in tabernaculum eius, & adorauerunt  
 in loco ubi steterunt pedes eius. Psal. 131.*

Cap. XX.



V P R A B. Victoris caput, conspicitur B. Vrb-  
 nus II. eius immediatus successor, Pontificalibus  
 indutus, triplici redimitus corona, triplicia que my-  
 steria gestans. Primum, quod ambabus amplecti-  
 tur, manibus, insigne est Hierosolymitanum, Cru-  
 magna, uidelicet, aurea fureata, (siue, ut uocant,  
 potenciata) quatuor eiusdem metalli crucibus paruis circumdata,  
 in um-